

unum ex predictis castris ad muniendum [cetera] castra victualibus et expensis possit et valeat persone cui decreverit obligare. Presencium etc. Datum Prage XI die mar[tii].

Nr. 2, 1348 März 12.

Wanncko de Walenow.

Karolus etc. quod attendentes grata obsequia nobis per Wankonem de Wolenow tam dudum exhibita, ob quorum respectum nostra exce[llentia eum] non immerito prosequitur gratiose, preterea eidem Wankoni et suis heredibus villam nostram Przigeloyge ad nos iure regni inter devolutam ex eo, quod Cristanus quondam eiusdem ville possessor diem clausit extremum heredibus legitimis non relictis, conferimus et donamus per eum et suos heredes cum universis honoribus inribus et pertinenciis quibuscumque ad ipsam villam spectantibus, [prout] eam dominus Cristanus tenuit et habuit, tenendam habendam utifruendam et pacifice perpetuis temporibus possidendam abs[que aliquo] preiudicio alieni mandantes igitur etc. Datum Prage anno domini M^oCCC^oXLVIII^o, indictione I^a, feria III^{ta} post invocavit, regnorum [nostrorum anno secundo].

Nr. 3, 1348 März 13.

Treuge Cracovienses.

Karolus etc. et Iohannes dux Karinthie promittimus sincera fide sine dolo pro nobis et omnibus fidelibus et subditis nostris, qui pro et dimittunt, magnifico Kazimyro regi Cracovie fratri nostro cum ipso terris ac omnibus fidelibus et subditis suis treugas a data presencium usque ad festum sancti Georgi futurum proxime inviolabiliter observari presencium etc. Datum [Prage] anno domini M^oCCC^oXLVIII^o, indictione prima, III^o ydus martii, regnorum nostrorum anno secundo.

Nr. 4, 1348 März 18.

Henricus de Kytelicz.

Karolus etc. quod constitutus in nostre maiestatis presencia dilectus nobis Henricus de Kytelicz fidelis noster nobis humiliter supplicavit, q[uod sibi] quasdam litteras clare memorie illustris Iohannis quondam Boemie regis genitoris nostri carissimi approbare ratificare confirmare [de auctoritate] regia dignemur, quarum tenor per omnia talis erat: Nos Iohannes dei